zweite Hälfte eines Benedict-Kapitels handelt, hat offensichtlich zu Irritationen geführt, die sich im Bild der Handschrift widerspiegeln: Anders als sonst beginnt das Kapitel nicht mit einer Initiale am Seitenanfang, sondern im fortlaufenden Text, allerdings mit einem deutlich größeren Buchstaben und durch einen Haken vom Vorhergehenden abgetrennt. Dass zum vorigen Kapitel die Ordnungszahl und die Rubrik fehlen, geht in dieselbe Richtung. Allerdings wird die Zählreihe korrekt fortgesetzt, sie springt von 27 auf 29.

ITEM.
XXX. DE VENDICIONIBUS.
In venditionibus haec forma servetur: Postquam factum est negotium, non mutetur, nisi forte vicium a venditore celatum fuerit. Si autem venditor dixerit vicium, stet emptio. Si vero non dixerit, mutari potest illa die et secunda et[j] tercia. Si plus tribus noctibus illud tenuerit, non potest mutari, nisi forte vitium infra III dies invenire non potuit. Tunc quando invenerit, recipiat, qui vicium vendidit. Quod si noluerit recipere, iuret, quod nullum vicium ibi sciebat illa die, qua negotium fecit, et sic stet factum.

Ben. Lev. 1, 362 S. 67, 33–47, bearbeitet und verkürzt: Placuit in venditione hanc formam servari, ut seu res seu mancipia vel quodlibet genus animalium venundetur, nemo propter hoc venditionis firmitatem inrumpat, quod dicit se vili praetio vendidisse; sed postquam factum est negotium, non sit mutatum, nisi forte vitium sibi a venditore celatum invenerit. Si autem venditor dixerit vitium, stet emptio et non sit immutata. Si autem non dixerit, mutari potest in illa die et in alia sive in tertia die. Et si amplius de tribus noctibus illud habuerit, postea non potest mutare, nisi forte eum invenire infra tres dies non poterit. Tunc quando invenerit, recipiat, qui vitium vendidit. Et si noluerit recipere, iuret cum suis sacramentalibus, quod vitium ibi nullum sciebat in illa die quando negotium fecit; et stet factum.

ITEM.
XXXI. DE OCULO EXCUSSO[k] QUADRUPEDI.
Si quis alicuius quadrupedi unum oculum excusserit, apprecietur pecus et terciam partem precii componat excussor.

Ben. Lev. 1, 366 S. 68, 9–12, bearbeitet und verkürzt: Si quis alicuius caballi vel bovis vel cuiuslibet de quadrupedibus unum oculum excusserit, adpretietur illud pecus quod valet, et partem tertiam conponat.

j) *über der Zeile 4375.* k) *korr. aus* excuso *4375.*